



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**D. DIONYSII || CARTHVSIANI, DE || DOCTRINA ET REGV-||lis
vitae Christianæ**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, 1577

VD16 D 1959

De clericis ex dictis sancti Bernardi 32.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60177)

DE ARCTA VIA SAL. 425

stulti viatores qui sic in rerum creatu-
ram inquisitionibus occupantur: quod
Dei est & creatoris sui obliuiscuntur,
& quæ salutis sunt non operantur.
Vnde quod ipsi cæteris omnibus in-
feliciores sint, testatur eorum conuer-
satio: qua nihil neque inanius est ne-
que sterilius. Fine quoque eorum nil
infelicius esse potest, quoniam mori-
entes spem salutis non habent, qui vi-
uentes & sani per iter salutis incedere
neglexerunt. Vani ergo & omni pro-
fus fruge calsi sunt, qui timore
Dei postposito, ea omittunt quæ Deus
requirit ab eis, & sine quibus saluari
nequeunt, atque in his iugiter occu-
pantur, quæ Deus ab eis non exigit, &
quæ animarum salutem magis impe-
diunt quam iuuant. Nōne bona, pro-
speritatemque viæ præferunt bonis,
ac beatitudini patriæ, inherentes præ-
sentibus potius quam futuris? Ideo
sane reprobantur à Deo.

*Ex dictis sancti Bernardi de cleri-
cis. Articulus. XXXII.*

Quid est quod dilectus meus in *Hier. 11.*
domo mea fecit scelera multa? *Bernar.*
Bernar. Si ea intentione gra-
dus

1426 D. DIONYS. CARTH.
dus ecclesiasticos quærit clericus
vt sine sæculo in sanctimonia cordis
& corporis illuminandus accedat
ad Dominum, suamque ac proximo-
rum operetur salutem, orationis stu-
dio aut verbo prædicationis deditus
recte procedit. Natura autem modico est
contenta. Sed in his multi non solum
necessaria quærunt, sed honorati in-
cedere volunt, placere student hominibus.
delectari, superbire, & huic sæculo con-
formari. De quibus conqueritur Do-
minus: Ipsi regnauerunt, & non ex me
principes extiterunt, & non cognouit.
Vniuersos siquidem in ecclesiasticis
ordinibus honorem, diuitias, volup-
tatem, & quæ sua sunt quærentes, non
Deus aut charitas, sed omnium ma-
lorum radix cupiditas introduxit. Quid
istud temeritatis, quid insaniam est: V-
bi timor Dei, ubi mortis memoria, v-
bi gehennæ metus & terribilis iudicij
expectatio? Horum damnatio iu-
sta est. Væ tibi clerice, mors est in ol-
la, mors in tuis delitijs: quoniam pec-
cata populi comedis, sumptus eccle-
siasticos gratis te habere reputas. Can-
tando tibi proueniunt: sed melius erat
fodere aut etiam mendicare. Peccata
enim

☉ see. 8.

2. Tim. 2.

4. Reg. 4.

DE ARCTA VIA SAL. 427

enim populi comedis (id est, oblata à
populis pro expiandis eorū peccatis)
Quod si propria peccata tibi minus
sufficere videntur, sollicitus esto tan-
quam rationem pro eis redditurus, di-
gnos pro eis gemitus fundere, dignos
agere poenitentiae fructus. Alioquin
tibi noueris illorum peccata impu-
tanda, quae modo inter delicias come-
dis. Paruipendis atque dissimulas tan-
quam nihil attinentia tibi. O iudicio-
rum Dei abyssus multa. O terribilis
Deus in consilijs super filios homi-
num. Frustra incipient miseri dicere
montibus. Cadite super nos, & colles
operite nos. Veniendo autem ante
tribunal Christi, audietur contra eos
populorum grauis querela, accusatio
dura, quorum vixere stipendijs, nec
diluerunt peccata. Quid tibi o insipi-
ens delitiae sapiunt, diuitiae oblectant,
quibus mercaris tam graue iudicium,
tam durae temetipsum obligas ratio-
ni? Vniuersa enim vsque ad nouissi-
mum quadrantem exigentur à te. Sed
esto, surgis ad vigilias, vadis ad mis-
sas, horis chorum diurnis nocturnisq;
frequentas Benefacis, sic ecclesiae prae-
bendam gratis nō accipis. Dignum est

Luc. 3.

Luc. 23.

Matth. 5.

vt

vt qui altari seruit, de altari viuat. Vt
 uat, inquam, non superbiat, non lura-
 rietur neque ditetur, nec in vanitate
 aut superfluitate dispergat, nec var-
 griseaque pellicea à collo & manibus
 diuersificata deportet. Præterea
 sanctus Bernardus: Quid sibi vulgus
 clerici aliud esse aliud videri volunt?
 Nempe habitu milites, quæstu cler-
 cos, actu neutrum exhibent. Nam
 neque pugnant vt milites, nec euangeli-
 zant vt clerici. Cuius ordinis sunt,
 cum vtriusque esse cupiunt, vtrumque
 deserunt, vtrumque confundunt & v-
 nusquisque, inquit, in suo ordine re-
 surget. Isti in quo? An qui sine ordine
 peccauerunt, sine ordine peribunt?
 Aut si summe sapiens Deus veraciter
 creditur à summo vsque deorsum ni-
 hil inordinatum relinquere: vereor
 non alibi ordinandos, quam vbi nul-
 lus ordo, sed sempiternus horror in-
 habitat. O miserandam sponsam (pu-
 ta ecclesiam) talibus creditam para-
 nymphis: qui non amici spōsi (videli-
 cet Christi) sed æmuli sunt: & auratis
 student, qui sibi ac alijs tabernacula in
 cælo parare debuerant. Porro cum
 impudentia frontosa sic cor hominis
 obdurauit,

Bernat.

1. Cor. 15.

Iob. 10.

obduravit, vt non pauca, non horreat, non contremiscat ea: iam desperatio est. Quid enim homo horum conscius sibi malorum, quasi iustitiam fecerit, diuino se vultui sistere non veretur, tãquam domesticus intrat, exit, magistrum salutatur, genua flectit, osculatur ore sacrilego, dolose agit: sed in conspectu Dei. *Psal. 9.* Odibilis plane Deo frontosa temeritas, & impudentia execranda. Propter quid enim irritauit impius Deum, non expauescens Deum omnia inquisiturum? Hinc Deus non arguit, non flagellat, non vliscitur modo ad inuentiones eorum: sed postea in æternum. Insuper secundum Bernar. Insolentia clericorum vbique terrarũ turbat ecclesiam & molestat, *Bernar.* alienis laboribus locupletatur, comedunt fructus terræ absq; pecunia, & prodit quasi ex adipe iniquitas eorum. Mens quippe assueta delitijs, nec exulta disciplinis, multas contrahit sordes. Væ væ in domo Dei inuenimus idololatrias, qui diligunt munera, & suo ventri deseruiunt, in quibus regnat auaritia, quæ idolorum est seruitus, & in multis eorum inuenitur fornicatio, qui puritatis authori in *Coloss. 3.*
 puro

puro corde & corpore contaminato
 seruire præsumunt, non formidantes
 iudicium Dei. Sic audet circumire al-
 taria & psalmos frequentare, quorum
 laus execrabilis & oratio fit in pecca-
 tum. Deniq; à singulis generibus ho-
 minū vsurpāt clerici q̄ delectat. Habēt
 enim singula quæq; hominū genera
 aliqd laboris, & aliqd voluptatis. Sed
 aduertere est prudētiā clericorū, & mi-
 rari quēadmodū nouo inter hęc offi-
 cio discernētes, & abinucē sequestran-
 tes, id solum quod delectat diligūt &
 amplectuntur, quod molestū est fugi-
 unt & declinant. Cū militib. enim su-
 perbiæ fastus, amplam familiam, ap-
 paratus equorum, & similia complura
 frequētāt. A mulierculis vero ornatos
 thalamos, balnea, omnēq; molliciem
 & gloriam vestium rubricata s̄q; mu-
 rium pelles à collo pendentes mutu-
 antur: caute omnino loricae p̄dus &
 insomnes in castris noctes, incertaque
 discrimina prælio ū, muliebrē quoq;
 verecundiam & disciplinā, aut si quid
 sexus ille laboris habere creditur, decli-
 nantes. Sudant agricolæ, putāt & fo-
 diūt vinitores: & clerici, qui inter hęc
 torpent otio, accedente fructuū tem-
 pore

Prover. 26.

DE ARCTA VIA SAL. 431

in nouari sibi horrea iubent, & promptuaria eorū plena sunt. Vtinā non prae illis, vtinam vel cum illis delicatissimo cibo & potu vescantur. Negotiatores circumeunt mare & aridā, in labore corporis, & periculo vitæ perituras sibi diuitias congregantes. Dura sunt hæc. Caucant ea prudentes nostri vid. clerici. Præterea dulces capiant somnos (ne dicā stratis lasciuiāt suis) & nihilominus abundare cunctis volunt diuitijs. Quid fabros, quid cémentarios, cæterosque huiusmodi operarios munerare necesse est? Victum sibi multo labore querunt, clerici mandent delitijs, diuitijs affluunt ociosi. Cum resurgere cœperint homines vnusquisque in suo ordine, vbi putas generatio isto locabitur? Si ad milites diuenterint: exufflabunt eos, eo quod minime secum laborē aut pericula tolerauerūt. Sic agricolæ, sic negotiatores, & singuli quique ordines à suis eos finibus arcebunt vtpote qui in labore *psal. 72.* hominū non fuerūt. Quid ergo restat nisi vt quos oīs ordo repellit pariter & accusat eū, sortiātur locū, vbi nullus *Job. 10.* ordo sed sempiternus horror inhabitat? Curritur passim ad sacros ordines, & angelicis

gelicis spiritibus reuerenda mysteria apprehendunt homines sine reuerentia & consideratione, etiam hi in quibus auaritia regnat, ambitio imperat, dominatur superbia, sedet iniquitas, principatur luxuria. Ingressiuntur cum his maculis tabernaculum Dei uiuentis, iudicium grauissimum accepturi. Tales non placant Deum, sed magis irritant. Heu quis in principio nascens ecclesie putasset aut credidisset statum clericorum ad tantam ruinam venturum. Insuper Bernar. clericos admonens. Parcite, inquit, o fratres, parcite animabus uestris, parcite sanguini, qui pro uobis effusus est, horredum caute periculum, ignem aeternum qui paratus est, declinate: fugite de medio Babylonis & saluate animas uestras: Conuolate ad urbes refugij, id est ad claustra, ut possitis & de praeteritis agere poenitentiam, & in praesenti obtinere gratiam, & futuram gloriam fiducialiter praestolari. Non poenitentiae austeritas ipsa uos terreat: quoniam non sunt condignae passiones huius temporis ad praeteritam culpam, quae remittitur, non ad praesentem consolationis gratiam quae immittitur,

Bernar.

Here. 38.

Rom. 8.

tur, non ad futuram gloriam quæ pro-
mittitur vobis. Ista mi frater charissi-
me breuiter commemoranda putavi,
vt status tui pericula sapienter consi-
deres, tutioremque viam arripias, &
Deo altissimo omni cum diligentia,
puritate atque feruore, die ac nocte in-
seruias.

*De contemptu mundi secundum philo-
sophos. articulus XXXIII.*

CVM gentes quæ legem non
habent ea quæ legis sunt fa- *Roman.*
ciunt, ipsi sibi sunt lex, Vt
Christianorū præsertim cleri-
corum, ac religiosorum vitam carnalē
ducentium. & cor mundanum haben-
tium, confusio, vilitas, atque peruersitas
clarius innotescant modice tangam,
quantum ipsi etiam philosophi sola
naturali ratione inducti, talem abo-
minati sunt vitam. Eccè Plato in Phe- *Plato*
dro, inter cætera ait: Non est philoso-
phi studere circa escarum, potuum, &
venerorum voluptates. Philos. inho-
norat vestimentorum precia differen-
tium possessiones. & alios corporis or-
natus, prout necessitas admittit. Intē-
tio philos, est minime circa corpus esse.
t & ma